



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

5 Constantini donatio fuit à Deo, & toto orbe approbata, ac spiritu Dei  
peracta, ita quòd contrarium tenentes, non careant haeresis suspicione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

patrimonii curam gessit, 10. quest. 3. Innocent. in capitulo per venerabilem, & ibi Abb. num. 7, qui sit. sim legitimi. Cardin. Jacob. qui per tres colunt. contrariis respondet, & post Alexandr. Turrecrem. & alios plures pro hac opinione allegatos, inquit, de dicta donatione disputare, videri hodie curiosus, & inquietus relinquendum, in tract. de cons. libr. 10. ins. tom. 13. Genebrat. in chronic. libr. 3, pag 411. & 412, in fin. & pluribus complicit Bell. arm. de translat. Imper. lib. 1, c. 3. §. quinto Illyricus. vers. nam inter cetera. Baron. annal. eccl. 324. pag. 244: per tot. tom. 3. Burfat. qui plures adducit in consil. 124 post num. 31. usque ad nu. 53. lib. 1. Contrarium † autem tueri, vel te ere, inquit, heresi sapere, ibi sub num. 41. & scriptit. Corin. quod Deus, ac muadus approbat illam donationem, unde de ejus validitate non est disputandum, cum videatur spiritu Dei per. Etta, in consil. 1, n. 9. volum. 3. Gozad. consil. 1, n. 32. & 33. Curt. Jun. consil. 174. n. 18. vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 23. nu. 16. Dec. consil. 150. Affl. A. in pralud. const. quest. 2. Bertazol. consil. 91, 92, & 93. Franc. Marc. decis. 362. par. 2. Capiblan. de bato prag. 8. part. 1, nu. 70. Et hanc esse communem sententiam Canonistarum, satuan. que esse de ea disputare, post Neviz. consil. 12. num. 63, inter consilia feudalia prima editionis, & modernos Taurinen. in proem. digestorum, tenet idem Burfat. eod. consil. 124. post num. 52, versic. moderni Taurinen. Alii etiam, nempe Pipinus, Carolus Magnus, & Oho Imperatores plura Ecclesiæ Romanæ dederunt, & donata confirmarunt.

¶ Oho enim ipse I. Imperator, † Joanni Prga XII. per pacem confirmavit sub sua

ditione urbem Rom. cum Ducatu suo, & suburbanis suis, ac viculis omnibꝫ, & territoriis, sive montanis, ac maritimis, litoribus, atque portibus, cunctisq; civitatibus, castellis, oppidis, ac viculis in Thuscian partibus, id est Portu, Centumcellas, Ceram, Bledam, Tudam, Perusiam, cum tribus Insulis suis, id est, majore, minore, Pulvesem, Narnia, & Orciculum cum omnibus finibꝫ, ac territoriis ad supradictas civitates pertinentibꝫ. Necnon ex archatum Ravennatē sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis, & castellis, quæ Pipinus & Carolus Imper. ejus prædecessores B. Petro, & ipsius Joannis Papæ prædecessoribus jamdudum per donationes paginam contulerant, hoc est civitatem Ravennam, & Aemiliam, Bobium, Cælenam, Forum populum, alias Forum Pomplii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferratiā, Comaclum, & Hadriani, atque Gabellū, cum omnibus finibꝫ, territoriis, atque insulis, terrenis marisque ad prædictas civitates pertinentibus, simul & Pentapolum, videlicet Atiminū, Pisurum, Fanū, Senogallia, Anconā, Auximum, Humanā, Æsum, Forum Sempronei, Montem feltrum, Urbinū, & territorium Balnense, Calles, Luciolis, & Eugnibium, cunctis omnibus finibus, & territoriis ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense, & in partibus Thuscian Longobardoru, Castellum felicitatis, urbem veterem, Balneoregium, Ferrentinū, Viterbū, Ortem, Matinā, Tuscanam, Suanam, Populoniā, Rosellas cum suburbanis, atque viculis omnibus, & territoriis, ac maritimis oppidis ac viculis, seu finibus omnibus. Itemq; Almus cunctis Cisticis, deinde in Suriano, & in Monte.

O. 3. Bardo.

